



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Bonifatio VIII. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

A BONIFATIO VIII. CREATI.

IACOBVS CAIETANVS de Stephanesis Cardi-
nalis S. Georgij ad velum aureum, Bonifacij 8. ex fratre
nepos, quædam Bibliothecæ veterum Patrum intertex-
ta scripsit, nempe:

De ratione, institutione, & celebratione anni Iu-
bilæi.

Carminaque de anno Iubilæo. Obiit anno 1343.

S. NICOLAUS BOCAVINVS Tarvisinus, ord. Prædi-
catorum Cardinalis spectatæ pietatis & doctrinæ, qui
postea Benedictus Papa xi. scripsit

Commentaria in Psalmos.

In Mathei Euangelium.

Sermones plures.

Regestique eius volumen vnicum in Biblioth. Va-
tic. seruatur. Perusii numerosa gloriâ cumu-
latus, Obiit anno 1304. & inibi ad Prædicato-
res sepultus est cum hoc Epitaphio.

*O quàm laudandus, quàm dulciter est venerandus
Inclutus ille Pater, prius extitit ordine frater
Sancti Dominici Christi vigilantis amici.
Lector honoratus, pius extitit ipse vocatus.
Effectus talis frater, quoque Dux Generalis.
Sic Ro. doctrinæ post hæc fit cardo Sabine
Ostia, Velletris titulis sibi dant pia letis,
Perficit Hungariæ Legatus iussa sophiæ.
Fit Pater ipse Patris, caput orbis, gloria fratris:
Est merito dictus re, nomine vir Benedictus.
Trevisu datus, hic primo; Sed Pontificatus
Anno decessit, sibi rectè subdit a rexit.*

In nono mense, is mortis prosternitur ense;

Hunc hominem sanctum reddunt miracula tantum;

Innumeris signis dant grata iuuamina dignis;

Lector habe menti, currebant mille trecenti

Quatuor appensis dum transit hic homo mitis.

Mense, die sexta, Iulij sunt talia gesta.

GENTILIS DE MONTEFLORIS Picenus ord. Minorum Cardinalis, Apostolicæ sedis per Hungariam Legatus, Carolum Regem ibidem coronauit, scripsitque ubi prouinciam vniuersam ad Regis adolescentuli obsequium in totum reuocasset constitutiones & leges Hungariæ quibus regionis incolæ per multas ætates vsi sunt.

Homilias ad Populū habitas, vt refert Eifengrein.

Opuscula multa, vt refert Tossignanus. Obiit

Auenione anno 1312. Iacetque apud Assisium in æde S. Francisci.

RICARDVS PETRONVS Senensis Cardinalis, Scoti Doctoris subtilis condiscipulus, cuius identidem operâ Bonifacius 8. vsus est in sexto Decretalium dictando. Iuris oraculum suo tēpore habitus est; scripsitque nonnulla opuscula in iure, vt refert Trithemius.

Obiit Genuæ Clementis V. Legatus, sepultusque est in Cathedrali Senensi marmoreo monumento, absque vlllo tamen elogio.

IOANNES MINIVS de Murrouallium Picenus, Cardinalis, ord. Minorum, Scotum studiorum collegam habuit, scripsitque

Quædam in Theologia, vt refert Cortesius.

Sermones diebus solennibus habitos, Et alia. Obiit

Auenione anno 1312. Sepultus in Ecclesia Minorum.

Reginaldus

REGINALDVS Archiepiscopus Rhotomagensis.
Ord. Minorum, Episcop. Cardinalis Portuensis scripsit,
vt habet Tossignanus,

In 4. Sententiarum.

Et alia opuscula cudisse fertur non pauca.

ÆGIDIUS ROMANVS Doctor Fundatissimus nū-
cupatus, Diui Thomæ Aquinatis auditor, Cardinalium
albo adscriptus est, vt quidam volunt, & præ se ferunt o-
perum eius tituli, quorum apud Philosophos in longū
erit memoria, scripsit

De mundo sex diebus condito lib. 2.

In Canticum Canticorum.

In omnes Epistolas D. Pauli.

In Epistolas Canonicas.

In Euangelium Ioannis.

In totum Canonem Bibliorum lib. 2.

In Boëtium de Philosophica consolatione.

De excellentia Summi Pontificatus.

De Esse & Essentia.

Introductionem Christianæ fidei ad Regem Ar-
menia, Bonifacio 8. iubente.

Super Sententias lib. 4.

Expositionem primæ Decretalis.

De regimine Principum.

Quodlibeta multa.

In officium missæ.

De intellectu possibili.

Laudes Sapientiæ diuinæ.

De sapientia diuina in beatis.

De subiecto Theologiæ.

De bona fortuna.

De Corpore Christi.

De mensura Angelorum.

De mortuis.

Distinctionem articulorum fidei.

De gradibus formarum.

De Prædestinatione.

De generatione & corruptione.

De peccato originali.

De formatione humani corporis.

De potestate Ecclesiastica ad Bonifacium 8. à quo (vt fertur) Cardinalis creatus est, sed præmaturè moriens, non est euulgatus.

De carcere.

Compendium Theologiæ.

De renunciatione Papæ.

Aduersus corruptorem librorum S. Thomæ Aquinatis.

Sermones varios.

In omnes Aristotelis libros commentaria

De materia cœli contra Auerroem.

De medio Demonstrationis.

De Paradiso, Inferno, & Purgatorio.

De Resurrectione mortuorum.

Et alia multa, quæ recenset Posseuinus in Apparatu sacro.

Luteriæ iacet in æde S. Augustini, cum hoc Epitaphio, in quo nulla de Cardinalatu mentio.

Quod & Petro de Aliaco per æquè accidit, quem tamen Cardinalem fuisse omninò indubitatum est.

Hic iacet aula morum, vitæ munditia, Archiphilosophiæ Aristotelis perspicacissimus Commentator, clavis & doctor sacre Theologiæ, Lux in lucem reducens dubia, Frater Ægidius de Ro-

ma ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, Archiepiscopus Bituricensis. Qui obiit anno Domini 1316. die 22. mensis Decembris.

IOANNES CAIETANVS Cardinalis scripsit, teste Cortesio,
De Canonisatione Sanctorum.

A BENEDICTO XI. CREATI

NICOLAUS MARTINI de Prato Tuscus, ordinis Prædicatorum, Cardinalis, scripsit
De Paradiso.

De Pontificalium Comitiorum habendorum ratione, vt habet Cortesius. Iacetque Auenione apud Prædicatores cum hoc Epitaphio.

NICOLAI PRATENSIS EPISCOPI CARDINALIS OSTIENSIS.

Eloquium bona vita virens, discretio fulta,

Consilium doctrina virens, prudentia multa,

Ista silent; hic illa docent, sunt cuncta sepulta

Virginis à partu in numeratis mille trecentis

Annis bis denis vno quarisque kalendis,

Quem genuit Pratum, Spoletum Pontificatum:

Ostia quem dedit Romano Cardine gratum.

GVILLELMVS MAKLESFELDE Ord. Prædicatorum Anglus, in Oxoniensi Gymnasio Theologiam publicè profitebatur, & inclyti doctoris nomē tuebatur cum à Benedicto XI. Cardinalis creatus est, scripsitque.

Problemata quædam.

Conclusiones ordinarias

Orationes ad Clerum.

Et alia quædam. Obiit anno 1303.